

mus in d... & Enoce.

votioni satisficere valeant, verum cum omnes Salvato- ris, & Magistri, Dominice nostrae actiones totidem sint documenta, Exempla, & Canones vite nostrae, in hoc apparatu, cum quo hodierna die ingreditur in Jerusa- lem, & in ea ratione, qua se gerit in tanta luce, in- venio ipsum reliquisse nobis absolutissimum exemplar ejus rationis, qua homines uti debent in prospero eventu, in honore, in dignitate, & elatione, ad quam genus suum, fortuna, gratia, vel meritum illos evertit. Etenim quandoquidem in terras descendit pro omnium salute, & voluit nullam esse hominum conditionem, & vite statu- tum, cui non esset ad id media, & auxilia opportu- na, si possimum favit pauperibus, & iis, qui sunt in humilitate, & sub aliorum dirione per frequentiora, quae illis reliquit, obedientiae, submissionis, & potentiae exempla, noluit alios relinquere sine exemplis, secundam quae vitam suam componeret, utentes eo statu, ad quem Deus illos evertit ad majorem Dei gloriam, & proximum subsidium, & propriam finem ipsorum salu- tem. Conabor hoc vobis ostendere in exemplo Filii Dei; ideoque fideles animadverto Dignitatem, quo nomine intelligo quidquid hominem super alios attollit, dignitatem inquam sub triplici ratione spectari posse. Primo ratione Dei, a quo recepta fuit, & sub quo semper permanemus ad quicumque honorem gradum everti valeamus.

Secundo ratione eorum, qui nobis subjecti sunt, & supra quos nos attollit.

Tertio denique ratione nostrum, qui possidemus illam, & qua induci sumus veluti aliquo caractere, qui aliis inspirat reverentiam, & submissionem. Porro ad haec tria redigi possunt omnia officia, & obligationes hujus status; nam ratione Dei illam communicantis personis quibusdam tanquam imaginibus suis, exemplum Filii Dei in Templum profecti simul ac ingressus est in Jerusa- lem, ibique prohibentis profanationem, & mala, quae ibi patrabantur, docet eos uti debere sua dignitate, ac- que auctoritate, ut ipse honoretur, quod in prima parte videbimus: deinde ratione hominum aliorum, super quos elati sumus, suadet nobis lenitatem, & modestiam, ut ea, quam habemus, utamur potestate, ut de omni- bus bene mereamur: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus: Et denique si hanc magnitudinem consideramus ratione possidentium illam, videbimus modum, quem servare debent fugientes factum, & luxum, & nunquam obli- vii nitentur quem omnium terrenarum, juxta exemplum Filii Dei. Quae tota erit sermone hujus partitio.

Vide in Tomo I. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; DIGNITAS.

Quod spectaculum, Fideles, hodierna die nobis ob- jectum Evangelium Iesus in honore, ac nitore, postquam fuit prototypus humilitationum omnium, & nos docuit verbo, & exemplo extinuationem, & mundanae gloriae contemptum: Numquid hic est Saluator hominum, quem intra paucos dies videbimus opprobriis saturatum, ille qui hodie Jerosolymam ingreditur inter confluentis po- puli plausus? Quid sibi vult, quae haec pompa, haec magnificentia, & totus hic apparatus? Num interroga- bit aliquis, quidquam simile huic accidit, quod victi- mis, quae lemmis exornati consueverunt, cum ad Aras adducerentur sacrificanda? Ita proculdubio dicit aliquis, insignis reddere cogit supplicium suum ductus in triumphi speciem per magnae hujus civitatis vias, an- tequam trahatur inter clamores inimicorum suorum, qui sunt de morte illius triumphaturi. An porius ostendere cupit, mundum magnum exigere fenus suorum gaudio- rum, pompam, & dignitatem? Profecto hodierna die hominum Saluator triumphas, verum intra sex dies to- ta hac magnificentia in tristem supplicii tui apparatus convertetur: hodie tibi dantur flores in hujus pompe ornatu, sed aliquando spinarum dolorem experieris; Rami palmarum tibi offeruntur, sed non pertranabit heb- domas, antequam in flagella immutentur. Te super fra- tras vestes deducunt, sed intra paucos dies vestibus tuis expoliaberis. Fatetur Auditores omnes hos sensus dignos esse meditationibus vestris; sed per vos, mihi liceat tempori inservire, & alium vobis sensum suggerere, qui quamvis potius mysticus videatur, non ideo minus ver- us erit, & ex quo spero fore ut fructum uberiorem percipiat; videlicet hunc Salvatoris ingressum in Jeru- salem, illum exhibere nobis, quem facturus est in ani- mas nostras in hac Paschatis solemnitate per commu- nationem; & hujus pompe apparatus nobis veram ad- structe ideam preparationis, cum qua nobis ad eam disponere debemus. Et sane si obligatio, quam nobis imponit Ecclesia, non exigeret ut hoc faceremus cum omni, qua id faciendum est diligentia, consideratio so- la divinitatis illius, qui venit in nos, me cogit, ut fe- mel saltem ad vos loquar de receptione a nobis illi fa-

cienda. Quapropter hodierna die verba facies de praeparatione a nobis adhibenda, ut digne communicemus, mihi mens est vobis in parte priori aperire causas, quibus id facere tenemur, & in posteriori ostendere quoniam peculiariter esse debeat praeparatio.

Pro parte priora ratio prima defumitur ex dignitate venientis in nos; neque enim solum est aliquis terra hujus Princeps, sed supremus terre, ceterique domina- tor, & ostendendum est Deum nunquam se hominibus communicasse, quominus tanquam necessarium conditio- nem quaesierit, ut homines sese ad illum recipiendum disponerent, veluti in Incarnatione. Ratio altera modus est, quo se nobis dat tanquam in cibum, ut cum no- bis unum, & idem fiat per altissimam omnium affina- tatem. Ponenda igitur est relatio inter duos hosce ter- minos Deum, & hominem; quod nonnullis ad hanc tem- tem fieri potest. Tertia ratio finis est propter quam ve- nit ad nos, scilicet, ut per se ipsum nobis sua dona, & gratias communicet, At nunquam Deus praeter ordi- nem gratias hominibus largitus est, quin poposcit, ut illi quoque pro viis parte se ad illum recipiendum dis- ponerent: igitur a fortiori hoc fieri vult, ut reci- piatur in hoc divino Sacramento, quod praestantissimum est donorum omnium, quae hominibus contulit.

Pro altera parte, melior dispositio, quam ad illum reci- piendum asserere debeamus, est rationem imitari, quae se nobis imperit. Ad id videte, quod in Cenaculo ope- ratus est, ut hoc institueret Sacramento. Sed haec dis- positiones ad duas potissimum redigi possunt; quarum prima est impunitas ab omni lethalis ferre, cujus figura est pedum ablutio; Peccata in Penitentia Sacramento eluenda sunt. Altera est decentia, quae consistit in ad- hibere, & praxi virtutum, quae exercere potissimum ante- quam ad augustissimum hoc Sacramento accedamus, videlicet desiderii ardentis illius recipiendi, & profundae humilitatis, confidentiae, amoris, &c.

Vide in Tomo I. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; COMMENTIO.

Dixit filia Sion; ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. 21.

Hodiernum Evangelium nobis objicit jucundissimum spectaculum, cum nobis videndum proponit populum Jerosolymae ex manibus urbis elatum, ut obvius oc- currat IESU CHRISTO in triumphi morem in civi- tatem introcanti, Postquam ne scire, quodnam sit IESU CHRISTI in hoc triumpho consistit, & cur postquam toto vite suae curriculo humilitatem professus est, sub ilorum suorum finem vivendi rationem immutata velle videatur? Si enim in solitudinem recessit, cum popu- lus, quem miraculose aluerat in deserto, ipsi regnum deserre vultit, cur hodierna die regnum acceptat? Sed hoc interitus regnum est, quo sibi vitam facit in corda nostra illic habitaturus, eorumque possessionem aditu- rus: sed mundus etiam cupidus regnandi in cordibus nostris ostentat sua gaudia, suas pompas, suas ille- bras, & quidquid nos allicere potest in partes suas, ita ut Deus, & Mundus hodierna die sint tanquam duo domini, & Principes, qui vicissim conantur homines in suam pertrahere servitutum: alter quidem nobis gau- dia, voluptates, & quidquid sensus nostris palpat, pol- licetur; alter vero cruce, poenas, & passionem exhibet; sed per vos mihi dicere liceat, oculos, mentem- que nostram non omnino debere in exteriori harum pro- missionum specie immergari; Mundus nos fallit, & jam- pridem hanc exeret arem, ita ut non amplius disti- mulit; & quamquam palam hoc facere profiteatur, ta- men plerisque mortalium habet sectatores. Deus quo- que, crederetis ne, & ipse nos videtur fallere, pollicen- tus enim serventibus sibi labores, & cruce, illas tan- ta persundit dulcedine, ut famuli sui eas sibi censent omnibus mundi delictis praefereudas. Ego vero hodie- na die hunc errorem auterendum, si fieri potest, aggre- dior, ostendens vobis in Dei servitute multo mihi ora- perferenda esse, quam in mundi famularu, & gaudium, & voluptates, quae in mundo gustantur, non esse cum- his comparandas, quas Deus propinat sibi inservien- tibus.

Primum Deus dominorum omnium est optimus, qua- propter interest nostra illi servire, & ad mortem usque in obsequio illius permanere. Primum Dominus est faci- lis, & commodus, qui nihil supra vires nostras, nihil ni- mis arduum, & difficile jubet; qui contentus est modico, quod pro illius servitute praestamus, & qui respi- cit potius affectum, & bonam voluntatem nostram, quam magnitudinem operum, quae facimus; ubi insti- tuenda est comparatio, & videndum, quid in mundi aliorumque dominorum servitute perferendum est in om- nibus statibus, & conditionibus. Secundo dominus est plenus bonitate, & suavitatis, quae per unionem gra- tiae suae mallet, & lenit poenas, & labores famu- lorum suorum; quapropter iure nobis affirmat, jugum suum

sum esse leve, & pondus suave. Tertio dominus est li- beralis, qui rationem habet omnium meritorum nostro- rum, & qui non differt remunerationes suas in alteram usque vitam, sed in hac ipsa orditur per eas suavitates, & solatia, quae sibi inservientibus largitur, & quibus ultra centuplum omnes labores nostros remuneratur.

Secundo quid inter se discriminis inter Dei, & Mundi servitutum. Primo mundus crudelis, & non ferendus est dominus; Deus vero dominus est lenis qui sua im- peria suavissima cum caritate distribuit. Secundo Mun- dus est imperiosus, & morosus, cui nunquam fere sa- tisfieri potest; Deus vero dominus est indulgens nostrae imbecillitati, & acquiescens modico, quod illi praestare valemus. Tertio Mundus est dominus infidelis, ingra- tus, qui multa quidem pollicetur, sed qui frustrat spem servorum suorum, illique os sublinat inani pro- missione; cum e contra Deus promissiones ipsas exce- dat, & sit magnificus in remunerationibus suis.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; SERVITUS DEI.

PRO FERIA SECUNDA MAJORIS HEBDOMADAE.

Venit Iesus in Bethaniam: fecerunt autem ei canamibi. Joann. 11.

DEI Filius, Auditores, qui toties exercuit cum ho- minibus Caritatem, in hodierno Evangelio patitur eandem curam exerceri. Vix ille Bethaniam ingressus est, cum Martha ipse Hospita caritate successa illi coenam instituit; eique ministrandi sibi honorem deposcit. Soror illius Magdalena super ejus pedes pretiosum effudit thi- myama, cuius odor domum totam pervadit. Iesus La- zarum fratrem earum a morte suscitaverat, ideoque tan- ta cum largitate exceptus fuit, ita ut Judas infelix can- dalitatus palam professus fuerit illam profusionem me- lius impendendam fuisse in pauperes, quod Saluator ipse non negavit, si vera caritatis ratio ex illius ore pro- positionem hanc extorsisset. Sed hinc docemur, seu ca- ritas fiat in illo ipso, seu in aliis nomine ipsius, & pro- pter ejusdem amorem, semper tamen ab ipso recipi, & illum ipsum obiectum, & causam esse. Voluit igitur da- re hanc duabus fortibus caritate flagrantibus consola- tionem, ut sibi essentur opem ferrent, & dicere possent aliquando se aluisse, & ministrasse illi in propria persona, cum hiebit aliis dicere, se illud ipsum praestitisse in perso- na eorum, qui repraesentant illum, eisque locum tenent in terra; Verum cum remuneratio non ideo minor futura sit, nec minus acceptum beneficium, quam si eidem fa- ctum fuisset, mens est loquendi apud vos de hac caritate quae est quoddam velut Evangelii compendium, & charac- ter, per quem voluit Dei Filius cognosci veros Discipu- los suos, & docendi hodierna die modum, quo amare debemus proximum nostrum, eique opem ferre, utque vobis persuadeam, ut hac obligatione, & officio persun- gamini, illam consilio in tribus Christianae caritatis officiis, quae nos totidem valde rationibus adigit.

Primum est amor, quem debemus proximo, & qui palam nobis praescriptus est. Alterum est amor, quem debeamus Deo, qui in perso- na pauperis petit a nobis elemosynam, & caritatem. Tertium denique est amor, & caritas, quam nobismet ipsis debemus, quoniam elemosynam erogantes infinita bona percipimus, quae tres erunt sermonis partes.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; ELEEMOSINA.

Pauperes semper habeatis vobisum, me autem non semper habeatis. Joann. 11.

Non deest obstupescendi ratio videlicet Filium Dei hodierna luce praesere naturae corpus suum mystico, postquam palam sensus suos protulit in gratiam pau- perum, & professus fuerit, se rationem habiturum benefi- ciorum ipsidem collaturum, perinde ac sibi collata fuis- sent. Amen dico vobis, quod uni ex minimis meis feceritis, mihi fecistis... Tamen in hodierno Evangelio su- scipit partes Magdalene contra nonnullos ex discipulis suis, qui multabant de profusione a sancta hac Peni- tentiae facta pretiosi unguentis, cuius pretium, aiebant, melius impendi potest in operibus caritatis, quae Sal- vator ipse toties commendaverat. Quod ad me attinet nullus dubito, si Judas vero actus zelo pauperum sola- tionem quaesivisset, Salvatoris ipsum praeter ceteris fuisse pro- haturum; verum cum hic meras esse praetextus ad te- gendam damnabilem illius avaritiam, & cum e contra caritas Magdalenam impelleret ad consecrandum pedibus Salvatoris, quidquid habebat pretiosissimum; opus fuit

Hodry Biblioth. univ. cl. Tom. postremus.

admirabilis Sapientiae Incarnati Verbi, Penitentis hujus factum probare, simulque illis, qui inde scandalum hau- serant, ostendere, nunquam illis desaturam occasionem exercenda caritatis in pauperes, qui nunquam erant de- futuri; unde factum est, ut Dominus nossem Judae avari- tiam redargueret, atque execraretur. Et sane tria ef- ficere debent avaritiam omnibus hominibus odiosam, illique horrorem extremum inspirare, videlicet id, quod efficit, ut illi amittant, faciant, & partantur.

Primo enim facit, ut amittant animi tranquillitatem, cordis pacem, Dei, hominumque amicitiam.

Secundo facit, ut plurimas patrent iniquitates, & inju- stitias, ut abradant nonnulli ex familia stipendils, ut opi- fices mercede frustrentur, & parcant sumptibus, qui ne- cessarii sunt ad institutionem, & eruditionem filiorum.

Tertio facit, ut sexcentas partiantur contumelias, sex- centa devorent opprobria, sexcentasque curas, & labo- res non ferendus sustineant.

Vide in Tomo I. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; AVARITIA.

In eodem argumento potest etiam ostendi. Altero ef- ferri potest Argumentum hoc de Avaritia. Primo Avaritiam, & adhaesionem bonis terrenis ma- ximum esse obicem ad salutem. Secundo paucissimos esse Christianos ab hac immunes cupiditate, quod docet experientia in singulis fere sta- tibus, & conditionibus vite.

Quare unguentum hoc non esset reconditi denarii, & da- rum esse egenis: Hoc autem dicebat, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia Iur erat. Joann. 11.

In hodierno Evangelio, Fideles, occurrunt duo, quae ex Patrum sententia nobis exhibent duos usus varios, in quos Penitentia hujus vite bona debet convertere; & sunt illos impendere partim in opera caritatis, & partim in opera Justitiae. Magdalena esse nobis potest exemplum pro- ximum; Cum enim legitime ea possideret bona, quibus fruebatur, illa in sanctum usum convertit consecrans Filio Dei, ut sibi iudicij sui misericordiam flecteret, & ube- riorem criminum suorum veniam mereretur. Sed Jude- infelix reprobario nobis simul persuadeere debet, quam periculosum sit non satisfacere operibus Justitiae, quae sunt reddere proximo, quod suum est, & restituere bo- num, quod illi fuit ademptum; etenim aliquando nulla esse potest vera penitentia, vel peccatorum remissio. Aposto- lus hic factus Apostata per insanam hanc cupiditatem, qua fiebat, ut in privatos usus converteret creditam sibi pro egenorum necessitatibus pecuniam, & misera hac animi perturbatione victus, quae hodierna die plerisque mortales excecat, noluit converti, quod fecit Magda- lena, quamvis non desissent illi gratiae necessariae, & satis valide ad id efficiendum; quia prima penitentiae suae conditio erat restituere id, quod retinebat injuste.

Ecce Auditores lectissimi maximum obex, qui hodierna quoque die veras, ne plerique hujus mundi locupletes con- vertantur. Non desunt, qui aliquos erogant elemosynas, & alta exercent opera caritatis, sed pauci videntur, qui Justitiae opera exercent, male parta restituuntis quamvis utrumque sit necesse ad criminum suorum veniam obtinen- dam, & justam sanctificationem faciendam. Memini, me jam de prioribus ad vos locutum fuisse, cum verba facerem de elemosyna, & caritate erga proximum exercenda: quare fert animus hodierna die de actionibus Justitiae verba facere, ex quarum numero maxime necessitatis est restituti- tio bonorum, quae male parta fuerunt, & quae mala fide re- tinentur. Hoc argumentum eo magis est necessarium, quo frequentius est hoc peccatum, & quo infrequentior, & difficilius est alienorum bonorum restitutio. Quidquid pertinet ad argumentum tanti momenti, in tres colligo propositiones, quae tota erunt sermonis hujus partitio.

Prima est nihil esse facilius, & vulgatius, quam ali- quid alieni habere, quamvis passim omnes sibi persuade- deant, se toto Caelo ab hoc crimine abesse.

Secunda nihil esse difficilius quam reddere, ubi semel aliquid nobis tanquam proprium vindicavimus, propter causas, quae praetextantur, & obices, qui incident. Tertia denique nihil esse, quod magis urgeat, & ma- gis inevitabile sit, quam restituendi necessitas.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum; FURTUM.

PRO FERIA TERTIA MAJORIS HEBDOMADAE.

Stabat juxta crucem Iesu Mater ejus. Joann. 19.

Iex Sancti Augustini Sententia, gloriosa Virgo absolutif- sima fuit imago Filii sui, qui Deus simul erat, & homo; mihi videtur, Fideles, addi etiam posse, eandem nun- quam melius ipsum representasse, quam in statu passivum ipsius;

Altero ef- ferri potest Argumentum hoc de Avaritia.

III. ARGUM. De Restituti- one.

II. ARGUM. De Restituti- one.

I. ARGUM. De Dolenti- bus. B. Vic- tims prope Crucem F. III.

